XXX. NOVEMB. מַרְחֶשְׁוָן VIII.

PRIDIE CAL. DECEMB. ΔΙΟΣ.

ANDREAS. L. Aemilius Paulus II. Procoſ. ex Macedonia & rege Perſeo triumphum egit quatriduum anno urb. 585.

DECEMBER.

כִּסְלֵיו CISLEV.

NONVS.

Hos duos menſes coniungit Ioſephus aliquoties.

ἈΠΙΛΛΑΙΟΣ.

SVID. Ἀπιλλαῖος παρὰ Μακεδόσιν ὁ Δεκέμβριος μήν.

ΠΟΣΕΙΔΕΏΝ.

SVID. Ποσειδεὼν μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλούμενος ὁ Δεκέμβριος.

ΧΟΙΆΚ.

Poſt caſti ſacra NICOLEI longiſſima nox eſt,
Fauſta dies celebrat tibi CHRISTVM virgine natum.

I. DECEMB.

כִּסְלֵיו IX.

CALENDAE DECEMB.

ἈΠΙΛΛΑΙΟΣ.

Senatus Roſtochienſis, nemine accuſante, ex officio ſuo, Iohanne Erlewoler Roſtochianum, q primo die Dnico in templo d. Virginis me ſcelatiſsime laſerat; ultimo ſupplicio affecit, hora 11. ante merid. A° 1554. Cui Deus eam inauditam petulantiam et immanitatem, qua in me exercuit, clementer remittat.

ΠΟΣΕΙΔΕΏΝ.

II. DECEM.

ΧΟΙΆΚ.

IIII. NONAS.

Tertio die triumphi, quem L. Aemilius Paulus de Macedonia ſubacta egit anno urbis, ut Glareanus habet, 587. ut antiqua monumenta, 585. poſt importatas & oſtentatas immenſas opes regni Macedonici, in eodem triumpho paruuli liberi Regis PERSEI, duo maſculi PHILIPPVS & ALEXANDER, & una puellula, captiui habitu ſeruili in urbem Romam introducti ſunt, & poſt ipſos pater eorum PERSEVS REX MACEDONVM potentiſſimus uinctus inceſſit, pulla ueſte amictus, ubi perductus in Capitoliũ, & inde in fœdum carcerem detruſus, mortuus eſt paulò poſt ipſe & filia, & filius Philippus. Sed alter filiorũ ALEXANDER poſtea literas Romanorum diſcens ſcriba publicus factus eſt Romæ. Fuit autem hæc calamitas pœna parricidij. Nam hic PERSEVS cupiditate regni incenſus, fratrem DEMETRIVM præſtantem iuuenem, quem inſidijs tollere non potuerat, falſis criminationibus apud patrem PHILIPPVM tamdiu accuſauit, donec pater ad extremum deceptus, falſis literis innoxium iuuenem mandauit interfici, ac non multò poſt, hoc eſt, anno urb. 575. palam facta filij occiſi innocentia, & ſuperſtitis impietate, ipſe quoq; pater doloribus animi cõfectus, cum diris in filium PERSEA imprecationibus extinctus eſt, quas non fuiſſe irritas, hic triſtis euentus docuit.

III. DECEMB.

כִּסְלֵיו IX.

III. NONAS.

Ἀπιλλαιος.

REVERENDVS DOMINVS L. NICOLAVS AMSDORFIVS *naſcitur anno Chriſti* 1483.

IIII. DECEMB.

ΠΟΣΕΙΔΕΏΝ.

ΧΟΙΆΚ.

PRIDIE NONAS.

BARBARA.

PERSIVS FLACCVS *Satyricus naſcitur Volaterris urbe Hetruriæ anno poſt Chriſtum natum* 56.

V. DECEMB.

IX. כִּסְלֵיו

NONAE DECEMB.

ἈΠΙΛΛΑΙΟΣ.

FAVNALIA. *Fauni ſacra à Ruſticis celebrata, Horatius lib. III. Carm. ad Faunum:*

Cum tibi Nonæ redeunt decembres
Feſtus in pratis uacat otioſo,
Cum boue pagus.

Hoc die pridie Nicolai circiter horam 10am vespertinam, mortuus est Coagij d. Iohannes Friisius ab Hesselagger, Hagensted, et Borreby, Cancellarius Regis Friderici primi, Christiani 3. et Friderici 2. Sepultus 19. eiusdem mensis Hafniæ in templo Divæ virginis Mariæ. Anno 1570.

ΠΟΣΕΙΔΕΏΝ.

ΧΟΙΆΚ.

VI. DECEMB.

VIII. IDVS.

NICOLAVS.

VII. DECEMB.

בְּכִסְלֵיו IX.

VII. IDVS.

ἈΠΙΛΛΑΙΟΣ.

ΠΡΟΚΎΟΝ Antecanis matutino occidit.

VIII. DECEMB.

ΠΟΣΕΙΔΕΏΝ.

VI. IDVS.

ΧΟΙΆΚ.

FRIDERICVS BERNBEK, *ſtudiorum meorum cauſa & ſocius à primis pueritiæ annis, naſcitur, anno Chriſti* 1511. *uiginti minutis ante ſecundam horam matutinam, in oppido Franciæ* KITTHINGA.

IX. DECEMB. בסליו IX.

V. IDVS. ἈΠΙΛΛΑΙΟΣ.

FRIDERICVS PALATINVS RHENI ELECTOR *naſcitur anno* 1482, *hora ferè quarta matutina.*

SIGISMVNDVS CAROLI QVARTI FILIVS, *Marchio Brandeburgenſis, poſtea Rex Bohemiæ & Vngariæ, poſtremo* IMPERATOR ROMANVS *factus, Princeps animi & corporis dotibus præſtans, ſed infœlix bellator, agens annum ætatis ſeptuageſimum, hoc die placidè deceßit in Morauiæ urbe Znoyma, cum iußiſſet ſe ægrum ex Bohemia in Vngariam transferri, metuens, ne poſt mortem à Bohemis uiolarentur Vngari, quos in ſuo comitatu habuit & dilexit. Anno Chriſti* 1437.

X. DECEMB.

ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ. IIII. IDVS.

ΧΟΙΆΚ.

☉ Dnca 1. Aduentus, vidi Papam Jul: 3. in Missa, cum 30. Cardinalib.

Caput GEMINI prȩcedentis veſperi oritur.

ΠΡΌΠΟΥΣ mane occidit.

XI DECEMB.

כִּסְלֵיו IX.

III. IDVS.

ἈΠΙΛΛΑΙΟΣ.

HENRICVS SVDPHANIENSIS *auditor* LV-THERI *primum in Philoſophia, poſtea & in doctrina Euan-gelij, excellens ingenio, eruditione, uirtute, & ſanctitate uitæ, qui cum Euangelium Bremæ ſumma fide biennium docuiſſet, & rogatus eſſet à uicinis, ut apud ipſos quoq; ſemina Euangelij ſpargeret, inſidijs Monachorum & Tyranni Officialis Bremen-ſis interceptus, crudeliſsimè interfectus eſt in* DIETMA-RIA, *inter bidui cruciatus conſtantiam fidei uera inuocatione filij Dei, & adſidua confeſſione oſtendens Anno Chriſti* 1524.

XII. DECEMB.

ΠΟΣΕΙΔΕΏΝ.

ΧΟΙΆΚ.

PRIDIE IDVS.

FRIDERICVS MARCHIO BRANDEBVR-GENSIS, FILIVS IOACHIMI SECVNDI E-LECTORIS *naſcitur* BERLINI *anno* 1550, *dodrante horæ poſt ſextam matutinam.*

Naſcitur Sereniss.º et opt.º Regi nro filia, Illustriss.ª Princeps d. Anna, Scanderburgi circiter circiter hora 7. matutinam, Anno Dni 1.5.7.4.

ΠΛΌΚΑΜΟΣ Coma Berenices cum So-le occidit.

XIII. DECEMB. כִּסְלֵיו IX.

IDVS DECEMB. ΑΠΙΛΛΑΙΟΣ.

LVCIA.

C. *Fabricius Luſcinus* II. COS. *de Lucanis, Bruttijs, Tarentinis, Samnitibus triumphum egit anno urb.* 475.

Q. *Pedius ex Hiſpania, anno urb.* 711.

ERICVS ELECTVS REX SVECIAE, GOSTAVI REGIS SVECIAE FILIVS PRIMOGENITVS *natus eſt minutis* 44. *poſt nonam pomeridianam, Anno* 1533. *in regia urbe Oplandiæ* STOCHOLMIA, *cuius latitudo eſt ferè* 62. *graduum.*

BEATVS PAVLVS SPERATVS EPISCOPVS BOMEZANENSIS *naſcitur anno* 1484. *dimidia hora poſt octauam antemeridianam.*

DOMINVS IVSTVS MENIVS *naſcitur anno Chriſti* 1499. *minutis* 37. *poſt decimam à meridie, in oppido Franciæ* FVLDA.

ΠΡ̄ΌΠΟΥΣ Veſpertino oritur.

ΠΟΣΕΙΔΕΏΝ. XIIII. DECEMB.

ΧΟΙΆΚ. XIX. CAL. IANVA.

*Diſceſſi Roma, regno Pontificio bene co-
siderato, et diligenter notatis memorabil-
orib. antiquitatib. Anno 15*

XV. DECEMB. בִּסְלֵיו IX.

XVIII. CAL. IANVA. ἈΠΙΛΛΑΙΟΣ.

ANTIOCHVS EPIPHANES *poſt iterum fœdè direptam urbem Hieroſolymam, hoc die menſis Cisleu collocauit idolum Iouis olympij ſuper altare Dei in ſacratiſſima parte Templi, anno ante Chriſtum natum 165. biennio poſt primam direptionem, quæ accidit 25. die menſis Cisleu. 1. Macchab. 1.*

28 Naſcitur Hafniæ filia mea Benigna hora 3. minuto 20. ante meridiem Anno à natiuitate Redemptoris 1568.

ARCTVRVS *veſpertino occidit.*

ΠΟΣΕΙΔΕΏΝ.

ΧΟΙΆΚ.

XVI. DECEMB.

XVII. CAL. IANVA.

XVII. DECEMB. יז כסליו

XVI. CAL. IANVA. ἈΠΙΑΛΛΑΙΟΣ.

PRIMVS DIES SATVRNALIVM, *adiectus à C. Cæſare, in correctione Anni. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 10.*

M. Cicero Pindeniſſum Ciliciæ oppidum expugnauit, ſeptimo & quinquageſimo die poſtquam ceperat oppugnare, Ipſe ad Atticum lib 5. epiſt. 21. ubi inquit: Hilara ſane Saturnalia.

TOTILAS Dux GOTHORVM, *Iſaurici militis proditione, porta Cœlimontana Romam ingreſſus, mœnia ſolo æquauit, urbe iuſſis excedere, quibus milites ac fortuna belli perpercerant. Anno Chriſti 554.*

Nebuloſa in oculo SAGITTARII mane oritur.

XVIII. DECEMB. ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ.

ΧΟΙΆΚ. XV. CAL. IANVA.

SECVNDVS DIES SATVRNALIVM, *adiectus à C. Cæſare.*

XIX. DECEMB. IX. כִּסְלֵיו

XIIII. CAL. IANVA. ΑΠΙΛΛΑΙΟΣ.

TERTIVS DIES SATVRNALIVM, dictus OPALIA, quo ſolo die olim celebrari Saturnalia conſueuerant. Macrob. lib. 1. cap. 10. Saturnal. Cicero lib. 5. ad Atti. epiſt. 21. Mancipia ueniebant Saturnalibus tertijs.

HIERONYMVS ALEANDER plurimarum linguarum peritus naſcitur hoc die, Mottæ in Carnia, Anno 1479. Deinde anno Chriſti 1542. ætatis 63. Romæ moriens hoc ipſe ſibi ſcripſit Epitaphium:

κάτθανον οὐκ ἀέκων, ὅτι παύσομαι ὧν ἐπιμάρτυς
πολλῶν, ὧν πρὸ ἰδεῖν ἄλγιον ἦν θανάτου.

ANDREAS OSIANDER naſcitur anno 1498. hora prima minut. 12. poſt meridiem ſub altitudine poli grad. 49.

Captus eſt dux Georgius Megalburgenſis à Magdeburgenſibus, et detentus vſq; ad deditione ciuitatis. anno 1550.

ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ. XX. DECEMBRIS.

ΧΟΙΑΚ. XIII. CAL. IANVA.

ESDRAS conuentum celebrat Hieroſolymis, in quo proponit edictum populo, VT OMNES IVDAEI, qui poſt reditum ex Babylone alienigenas mulieres matrimonio ſibi iunxerant, ut illis connubijs ſibi uicinas gentes aduerſantes conciliarent, SVAS VXORES, VNA CVM LIBERIS SVSCEPTIS EX ALIENIGENIS MVLIERIBVS, DIMITTERENT, cumq; earum eſſet magna multitudo, haud dubiè non ſine acerbo uicinorum populorum fremitu, & ipſorum quoq; maritorum magna offenſione & dolore facta eſt illa eiectio alienigenarum coniugum & liberorum. 1. Eſdræ 9.

♂

Nebuloſa in oculo SAGITTARII cum Sole occidit.

Humerus ſiniſter ORIONIS veſpertino oritur.

Anno 1552.

Loretum alla casa de la ma Donna
vbi horrenda idolatriam vidi.

XXI. DECEMB.

כִּסְלֵיו IX.

XII. CAL. IANVA. ἈΠΙΛΛΑΙΟΣ.

THOMAS. FERIAE ANGERONIAE, *quibus ſacrificabatur* ANGERONAE, *quæ Diua præſul ſilentij, prænexo obſignatoq; ore ſimulacrum habebat, ut ſignificaretur, occultari debere nomen urbis Romæ arcanum, Macrob. lib. Satur. cap. 10. Solinus.*

Caput GEMINI ſequentis veſperi oritur.

Ancona, portus
maris Adriatici tutiſſimus.

ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ.

ΧΟΙΆΚ.

XXII. DECEMB.

XI. CAL. IANVA.

XXIII. DECEMB. כִּסְלֵיו IX.

X. CAL. IANVA. ἈΠΙΛΛΑΙΟΣ.

Feriæ Iouis appellatæ LARENTINA-
LIA,
LAVRENTINAE
LAVRENTINALIA
*ab Acca Laurentia uxore Fauſtuli. Plutarch. in Ro-
mulo. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 10.*

ΠΟΣΕΙΔΕΏΝ. XXIIII. DECEM.

ΧΟΙΆΚ. IX. CAL. IANVA.

Hoc die menſis quarti FVNDAMENTA SECVNDI TEMPLI HIEROSOLYMITANI IACTA SVNT *anno ſecundo Darij, uel potius ædificatio Templi aliquandiu metu uicinorum Samaritanorum intermiſſa, denuò inchoata eſt, anno ante Chriſtum natum 519. Aggei 2. cap.*

Nebuloſa in capite ORIONIS veſperi oritur.

XXV. DECEMB.

IXX. בְּסְלֵיו

VIII. CAL. IANVA.

ἈΠΙΛΛΑΙΟΣ.

NATALIS IESV CHRISTI SALVATORIS NOSTRI, QVEM ENIXA EST VIRGO MARIA ANNO MVNDI 3962.

BRVMA SEV SOLSTITIVM HYBERNVM tempore IVLII. Plin. lib. 18. cap. 25.

ANTIOCHVS EPIPHANES cum ex Aegypto Romanorum edicto eiectus eſſet, Hieroſolyma cum exercitu ingreſſus, templum prophanauit & ſpoliauit, urbem diripuit, plurimos ciues trucidauit, & amplius decem millibus captiuorum ſecum abduxit in Syriam. Anno ante Chriſtum natum 167. Ioſeph. lib. 12. cap. 6.

חֲנֻכָּה ἘΓΚΑΊΝΙΑ.

RENOVALIA.

Inſtituta primum & celebrata à IVDA MACCHABAEO, cum is hoc die repurgatum templũ Hieroſolymitanum ſacrificio diuinitus inſtituto dedicaſſet, quinquennio poſt quàm id eodem die menſis Cisleu ab Antiocho Epiphane prophanatum fuerat. Significat autem Ebraica dictio Dedicationem, quæ fit abſoluto nouo opere. Sed Iudæi faciunt compoſitã dictionem ex חָנוּ quieſcite, ſedete, cõmoramini, & כה quæ literæ ſignificant

cant

ΠΟΣΕΙΔΕΏΝ.

XXVI. DECEMB.

ΧΟΙΆΚ.

VII. CAL. IANVA.

STEPHANVS DIACONVS ECCLESIÆ CHRISTI.

cant numerum 25. quem obtinet hic dies in menſe Cisleu. Durat autem feſtiuitas octo continuos dies.

CAROLVS MAGNVS FRANCORVM REX, cum reſtituto LEONE TERTIO Pontifice, Romæ die natali Domini templum precum cauſa ſuo more ingreſſus eſſet, præter ſuã opinionem & uoluntatem à Pontifice primũ, mox ab uniuerſo populo Romano in templo ingenti acclamatione IMPERATOR ROMANVS SALVTATVR, Anno Chriſti 801. Anno urbis 1552. Anno Imperij, hoc eſt, à C. Iulij Cæſaris dictatura, 846. Hæſit igitur Imperium Romanum utcunque apud Germanos uſq; ad præſentem 1550 annum Iubileum per annos 750. ferè. Deus porrò illud clementer tueatur, & faxit, ut id diu præbeat tranquillũ hoſpitiũ Eccleſiæ Chriſti

Verte

XXVII. DECEMB.

בְּסְלֵיו IX.

VI. CAL. IANVA.

ἈΠΙΛΛΑΙΟΣ.

IOHANNES EVANGELISTA FRATER IACOBI IN VRBE EPHESO MORITVR *natus annos 89. ſub Traiano Imperatore, annis fermè triginta poſt excidiū patriæ & Templi, & euerſam politiam Iudaicam.*

✠ *Die natali Chriſti, qui inchoabat annum ſalutis 1523.* RHODII IAM SEXTVM MENSEM OBSESSI, OPPVGNATI, ET GRAVITER ADFLICTI, ET CHRISTIANORVM REGVM AVXILIIS DESTITVTI, SESE SOLYMANNO TVRCARVM IMPERATORI DEDIDERVNT, *pacti corporum ſuorum & rerum omnium incolumitatem, quam ipſis Turcicus Imperator magna cum laude clementiæ & conſtantiæ benignè præſtitit. Iouius.*

Redij Bononiam, ad d. D. Mar: Soccinu, ad amicos, et [illegible]

ΠΟΣΕΙΔΕΩΝ.

XXVIII. DECEM.

ΧΟΙΆΚ.

V. CAL. IANVA.

DIES INNOCENTVM.

Cn. Pompeius Strabo COS. *de Aſculanis & Picentibus triumphum egit, anno Vrbis 664.*

Humerus dexter ORIONIS oritur veſpertino.

XXIX. DECEMB. כִּסְלֵיו IX.

IIII. CAL. IANVA. ἈΠΙΛΛΑΙΟΣ.

L. *Munatius Plancus Procos. ex Gallia triumphum egit anno urb.* 713.

ΠΟΣΕΙΔΕΩ͂Ν.

XXX. DECEM.

ΧΟΙΆΚ. III. CAL. IANVA.

Hoc die ♂, circiter horam v. vespertina, nascit[ur] Coldingæ Ill.mus Princeps, Dns Dux Huldericus filius Ser.mi et opt.i Regis nri. Anno 1578.

XXXI. DECEMB. ix. כִּסְלֵיו

PRIDIE CAL. IANVA. ΑΠΙΑΛΛΑΙΟΣ:

Agnes Raſelkeg nata, h. 11. poſt med. noctis anno 1538. Roſtochij.

Hoc die, finiente annum 1579. veni cum viris Nobilib. et Generoſis, dno Nicolao Kaaſs Cancellario Regio, et d. Mandrupio à Parsberg, Regni Daniæ Ampliſs.[mis] Senatorib. Stettinum: in Legatione, a Ser.mo Rege nro, eo miſsi ac deputati: vt cum Ser.mi Poloniæ Regis, Dni Stephani, Magni Ducis Lithuaniæ, ac Principis Tranſyluaniæ, Commiſsariis de negocijs nobis commiſsis, tractationem inſtitueremus. Verum, cum Polonici commiſsarij neque tempore præfinito ibi comparerent, nec per dies x. proxime ſubſequentes, ineuntis anni .80, per quos ea in vrbe manſimus, aduenirent, inde diſceſsimus.

In Baltheo ORIONIS præcedens veſperi exoritur.

ADMONITIO AD OMNES LECTORES.

VULT DEVS ASPICI Solem & Lunam, & vt aſpiciamus, inuitat nos magnitudine & pulchritudine corporum ac ſplendore, Imò & cognatio noſtros oculos ad illa ſimilia lumina aſpicienda incitat. Ac multæ ſunt cauſæ conſilij diuini, cur velit & ipſa lumina, & eorum curricula & metas conſiderari ac diſcerni, & numerari circuitus. Primum, vt firmiſſima adſenſione ſtatuamus, homines, & hoc domicilium terram, aërem, & totam naturam rerum incluſam pulcherrimis orbibus, non caſu extitiſſe, ſed agnoſcamus opificem ſapi-